

SECVLAREM MEMORIAM  
REI NOSTRAE CONRECTORVM  
CELEBRAT,

---

MAGNIFICVM VRBIS SENATVM,  
CETEROSQVE LAVDVM NOSTRARVM  
FAVTORES EGREGIOS,  
AD ACTVM GYMNASII

DIE XXII OCTOBRIS, MDCCCXXII. A II.

OBEVNDVM,

SVMMA OBSERVANTIA ATQVE HVMANITATE

INVITAT

M. CHRISTOPHORVS HIEREMIAS ROSTIVS,  
RECTOR.



---

BVDISSAE, EX OFFICINA VIDVAE SCHOLZIAE.





**F**acti anni sunt centum omnino, ex quo tempore Conrectoris nomen, vagum illud antea atque inconstans, proprium huic Gymnasio ac perpetuum esse cepit, sic, vt qui a Iohanne Rosenbergio secundum locum apud nos obtinerent, omnes deinceps ordine Conrectores appellarentur; cuius rei memoria secularis vt nobis longe est iucundissima, et eiusmodi, vt merito eam amore ac beneuolentia complectamur: ita etiam credimus, nostri officii esse, consulere isti parti historiae pro parte virili, et ferere aliquid, quamuis in inculto et quasi derelicto solo, cuius grata haud dubie posteritas metere fructum aliquando possit.

Igitur eius nominis honor, de quo diximus, saepiusque dicemus, non sane inusitatus atque inauditus fuit in scholae nostrae spatii ante Rosenbergii aduentum: cui rei vel a Iohanne Christophoro Vuagnero, is Collega Quintus hic meruit vsque ad annum MDCCC. in Christiani obitum scripti versiculi fidem fecerint hoc modo:

*Cum Conrectores nostri percurro Lycei,*

*Præclari occurrunt: Eumen, Ianitius,*

*Biccini atque prior, Faber, et post Biccini alter,*

*Vuolfius, ac Lehmann, tumque Schadaeus, et hinc*

*Heinricus, porro Schallerus, Monique Rosarum,*

*Ne non Meyuualdus, quos tenet alta quies.*

Neque vero non eadem res auctoritate confirmatur Actorum Scholasticorum; successione ea atque seriem Conrectorum ita nectunt, vt post Thomam Fabrum, MDXCII. deinceps exhibeant Andream Vuolfium, Zachariam Lehmannum, Iohannem Schindelium, Abrahamum Schadaeum, Martinum Heinrici, et Albi nostri qualicumque consensu, vbi sic memoriae proditum inuenimus: „Cum tantum Collega secundus huc vsque vocatus esset, iam nouus Conrector vocatus est Iohannes Rosenbergius, Numburgensis, e Gymnasio Gothano, introductusque die III. Nouembris MDCLXXII. Antea Paullus Emmerer, vixit MDLXVIII. Caspar Ianitius, MDLXXX. Zacharias Biccini, MDLXXXVIII. Zacharias Lehmannus, extinctus peste, MDLXXI. Iohannes Schindelius, abdicauit se munere, MDLXXIII. Abrahamus Schadaeus. Martinus Heinrici, Budissensis. „

Martino Heinrici, inclytæ gentis in hac vrbe atque Lusatia proauctori, de qua gente alius dicendi locus erit, Reçtoris dignitatem hic MDLXXXI. consecuto, successit Georgius Vuinklerus, Budissas, Notarius Iudicii paullo post factus, sine insignibus Conrectoris, quæ MDLXXXIII. scholæ restituit Martinus Schallerus, ex Thoruniensi Gymnasio, in patriam reuocatus, de quo viro hoc amplius legimus relatum, eum post annum MDLXXXVIII. Senatoris gradum, cuiusmodi honor ex Antecessoribus eius iam Andreæ Vuolfio MDLXV. obtigerat, vsque ad annum MDCLVIII. tenuisse. Eo anno die xxxi. Augusti creptus rebus nostris morbo, quem Græci ἀποπληξίαν appellant, successorem in schola habuisse videtur Iohannem Paullum Barthium, Dæbela, qui motus loco MDLXXIII. Haynam hinc digressus Conrectoris vocabulum frustra apud nos quaesitum facile inuenit. In nostro autem Gymnasio inde Collega secundus merere cepit Andreas Christiani, Magdeburgensis, detrudendus ille ex hoc ipso loco in locum tertium, cum Iohannes Rosenbergius Conrectoris nomen quasi postliminio in scholam reduxisset: quæ res optimum Senem vehementer commouit, eique dolorem inussit vix consolabilem, quem tamen consolatus est omnino, cum tandem pristinum locum, adiuncta etiam Conrectoris amplitudine, recuperasset. Ex eo igitur tempore schola hæc Conrectores habuit, numerauitque, Iohannem quidem Rosenbergium, Andream Christiani, Georgium Meyuualdum, Martinum Grunuualdum, Michaelæm Thymium, Fridericum Danielem Ianum, Casparum Abrahamum Vuesium, Iohannem Theophilum Coberum: de quibus Viris de re nostra optime meritis quamuis non pro merito atque dignitate eorum, sed tamen paucis exponamus,

Iohan-



Iohannes Rosenbergius, natus Zullichauie, Silesiorum non ignobile oppidum est, cō 16cxxxiii. die XXIII. Iunii, e Gymnasio Gothano, vnde ipse adolefcens studia petiuerat, venit ad nos die III. Nouembris, cō 16clxxi. facileque perfecit, vt Conrektoris nomen intermissum illud complures annos denuo in hac schola frequentaretur. Vt autem Rosenbergium nostrum magna fama præcesserat, ita aliquanto maior eum secuta est, quam rem egrè gerendo sic sustinuit, vt sine vlla dubitatione post Iohannis Theilii obitum, cō 16clxxx. scholæ regunde præfectus in primum locum adscenderet: quod munus gessit, vel potius ornauit vsque ad annum cō 16ccviii. d. XXIII. Oct. quo die vir meritis grauissimus ætatis excusatione vsus in otium liberale ac plenum dignitatis sese contulit, eoque cō 16ccxiii. die XXIII. Iunii frui desit pridie natalis sui, decimus septimus inter rei nostræ Rectores numerandus, qui non eodem tempore et de vite, et de scholæ statione decesserunt. Namque iam ante Iohannem Hartmannum, Suidnicensem, qui primus omnium Rectorem d. XXV. Maii, cō 16cxxxii. in officio, vt acta loquuntur, mortuus est, sedecim eius Antecessores aut ipsi deposuerant prouinciam, aut eam alio vocati reliquerant. Ceterum autem vt libelli Rosenbergiani testes æterni erunt, quanta et quam varia doctrina fuerit præditus, ita Viri humanitas atque comitas spirat adhuc ex mortui imagine, que cum imaginibus Theilii, Schulzii, Martigii, quem alterum scholæ conditorem habemus, et cum Bernhaueri atque Zeiskii simulacris, fixa atque suspensa in nostro Gymnasio ad hodiernum vsque diem spectatur.

Andreas Christiani, Magdeburgensis, in lucem hanc editus cō 16cviii. fuit apud nos singulari atque eo fato, quod supra demonstrauius. Quamuis autem iam senior esset, atque ea ætate, qua

*Gelidus tardante senecta*

*Sanguis hebet, frigentque effocta in corpore vires;*

tamen optimi Viri ratio tandem habebatur, vt degustaret id genus honoris, quod sitierat, Conrektor scholæ, Albi nostri fidem sequimur, cō 16clxxx. creatus. Occidit cō 16cxc. anno ætatis primo et octuagesimo, laboris scholastici septimo et quadragesimo, cum apud nos Græci sermonis laude, quod Vuagneriani annales a Frenzelio continuati testantur, inprimis floruisse, et ad vltimam senectutem optima integerrimaque valetudine vixisset; de qua re idem ille Vuagnerus, cuius mentio aliquanto superius facta est, ita:

*Nunquam ægrotauit, Medici medicamina nunquam*

*Admisit noster lustris bis octo gerens.*

Georgius Meyuualdus, de quo Viro hoc sane compertum, planeque cognitum habemus, eum Conrektorem fuisse huius Gymnasi, et die XXVIII. Nouembris, cō 16clxxxviii. obisse; cetera pleraque nobis quidem hoc tempore sunt incerta, dubia, obscura. In Albo certe nostro Conrektori Christiani postponitur, additurque, eum hinc, exactis duobus annis, in scholam Lignicensem euocatum fuisse. A Rosenbergio autem in carmine Christiani memoria dicato, eidem Christiani preponitur. Sed tamen non debemus prætermittere, que Iohannes Albertus Fabricius in Bibliotheca Latine Libro I. capite XV. de nostro Meyuualdo his verbis prodidit: „Vsum præpositionum ex toto Ouidio demonstrat locupletissimus index Ge. Meyuualdi, „Scholæ Lignicensis Prorektoris, Budisse, cō 16cxc. in 8. cuius vnam et reliqui indices Ouidiani in vsus Latine lingue studiosorum lucem videant.“

Martinus Grunuald, Zittauensis, natus die XXVI. Aprilis, cō 16clxiii. Christiani Conrektori successit cō 16cxc. et per nouem annos incredibili discipulorum frequentia, qua, vt ait Quintilianus, optimus quisque præceptor maxime gaudet, suas scholas celebrari vidit. Nihilofecius tamen factum est, vt non quidem odio vrbis atque scholæ, sed patriæ charitate adductus, Zittauam rediret, et deposita Conrektoris persona illam sacerdotis suscipere non appetitam vitro, sed impositam sibi ab ipsa republica, quam constanter pertulit vsque ad cō 16cccvi. diem II. Aprilis, quo die functus fato ingens suarum virtutum desiderium suis opunibus reliquit.

Michael



Ya 247 B x 3293361

Michael Thymius, Cygneus, n. d. XXVII. Sept. cl. lxx. de Rectore Pimeni, vt in Albo est, Grofferus scribit de Conrectore eius scholæ, Conrector hic factus cl. lxx. quatuor Rectores, Rosenbergium quidem, Schulzium, Bartichium, et Bernhauserum in schola regenda, atque gubernanda, quod Conrectoris nomen postulare videtur, plurimum adiunxit, tresque posteriores in honore summo scholæ prælatos sibi, valde humaniter tulit. Viri doctrinam atque ingenium ex duobus eius scriptis, quæ in manus nostras venerunt, lubenter cognouimus: alterum editum est Theorificæ figura cl. lxx. III. commediarum, quæ a scholasticis aguntur, commendandarum ergo; alterum prodit Latine de *Iesu Optimo Medico*, cum, post Schulzii excessum, Rectoris vice, Mettingianam memoriam publice concelebraret. De moribus autem eius, de lenitate, patientia, et fide in munere administrando, audiuimus bene narrantes nonnullos, qui ipsum audiuerunt.

Daniel Fridericus Ianus, clarioris Filii pater clarus, et ipse claris maioribus \* et de omni republica præclare meritis ortus Schmeideberga Saxonum, die XXI. Aprilis, cl. lxx. III. Conrector factus Torgæ cl. lxx. II. cuius vrbs ludum literarium cum Lyceo Cygneensi diuinus ille Lutherus sua ætate vnicè probauit, easque institutiones in quadam ad Iohannem Fridericum, Septemvium, epistolâ duo terrarum Saxonice ditiosis *κρημνία* haud immerito vocauit. Inde cum sua fama, tum Summorum Virorum commendatione acceptissimus et doctentium et vero discitentium animis demigrauit in hanc vrbs cl. lxx. XXI. in Præceptorum collegio eundem locum, quem Torgæ reliquerat, reperitur. Eo munere reipublice vsque ad annum cl. lxx. VIII. fortiter excellenterque gesto, confugit in portum non inertè atque dehèdiaz, sed moderatè atque honestè otii, quod omne consumit meditando illam veram atque beatam vitam, quam cum hac nostra, quæ nihil aliud, quam miserimè temporis propagatio est, commutauit die II. Octobris, cl. lxx. IX. Auctor Lexici philologici, aliorumque non vulgaris argumenti scriptorum, quæ P. R. Dietmanni diligentia in Horreo Lufatico exhibentur.

Calpar Abraham Vucelius, Bettenæ, Haynenfis diœceseos in agro Finsteruualdeni pagus est, susceptus die X. Augusti cl. lxx. III. a patre Matthæo sacra euangelici ritus ibi procurante, quem Dresdam excentem in medio itinere subita vis mortis percussit cl. lxx. VIII. post inferiorum honorum decursum Conrector nominatus, per tres annos conuictissime nobiscum, amicissimèque vixit. Mortui die XIII. Iunii, cl. lxx. XII. memoria nos ipsi parentauimus cum eo dolore, qui non longe a summi, ac liberorum quinque lætus acerbitate abesset, et in optimo Collega inprimis aquanimitatem, modestiam, et in re gerunda industriam, quamuis non satis ornate, laudauimus.

Iohannes Theophilus Coberus, Vuiltdorpiensis, Collega meus, et in ipsa Collegii laude et scientia studiosus mei; cui Viro, vt vere dicam, hoc tribui maxime, vt hanc secularem memoriam publice recolerem, atque ita coniunctionem studiorum, amorisque nostri, aliquo genere literarum declararem. Eum natum cl. lxx. XIII. et in Gymnasium die XXIII. Nouembris, cl. lxx. XI. ab Excellentissimo Schellenbergio, Syndico vrbs, introductum, ex Horreo discens Lufatico, vbi plura simul de vita Eius, institutis, et peregrinationibus cognosces. Faxit Deus Immortalis, vt Conrector noster ingenio, doctrina, et integritate præstantissimus, diu et lætus huic rei interfit!


Licet nunc deinceps post Præceptorum, discipuli etiam Præceptoribus suis longe dignissimi aliquam mentionem facere, qui hoc quidem tempore, non inanis, vt solent, sed plenus literis, moribus, et disciplinis, exire hinc in Academiam Lipsiensem, amplioris profectus causa, cogitat. *Loquimur de Iohanne Georgio Hempelio, Budisfensi,*

qui sibi vere persuadet, ad animi sui specimen apud Optimum quemque futurum esse, si quidem pius atque gratus, in publica maximorum beneficiorum, quæ hic percepit, predicatione iudicetur. Et sane, si a Deo Immortali disceris, plurimum debet Magnifico Senatui erga se munificentia, debet multum illustri Poeppelmannianæ domui, scholæ etiam et Præceptoribus non nihil debet: quibus omnibus publice agendis gratis satisfacet, maiores etiam perpetua vita habebit. Digredientem hinc more scholastico præsequentur votis

- Carolus Christianus Augustus Dietrich, Musca Lufatus.
- Gystaanus Theophilus Günther, Camentinus.
- Christianus Carolus Breyfus, Budisfensis.

Ad eos beneuole et frequenter audiendos cum Magnifico vrbs Senatui, tum ceteros rei nostræ egregios Fautores summa humanitate, pari obseruantia iuuitamus.

\* **Stemma Gentis IANJNÆ claritudine non intermissa.**



P. P. Budisæ, die XXI. Octobris, cl. lxx. XII.

268



J.H. 30, 34

Ya  
947

SECVLAREM MEMORIAM  
REI NOSTRAE CONRECTORVM

CELEBRAT,

MAGNIFICVM VRBIS SENATVM,

VE LAVDVM NOSTRARVM

RES EGREGIOS,

VM GYMNASII

CTOBRIS, MDCCCXXII. A II.

OBEVNDVM,

ERVANTIA ATQVE HVMANITATE

INVITAT

ORVS HIEREMIAS ROSTIVS,

RECTOR.



EX OFFICINA VIDVAE SCHOLZIAE.

